



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 90119266**

§. 36. Hujus Inquisitionis successus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](#)

**Sæc. XVIII.** Cum ergo Mandarinus querelas a  
A.C. 1710. Turnonio pridem Pro - Regi expositas  
ac plurimorum testimoniis comproba-  
tas omnique veritate & justitia sui-  
fultas esse, probe cognosceret, Canto-  
nem reversus est. Pro - Regi de omni-  
bus exactam facturus relationem: Man-  
darinum vero *Fuyé* ex reis præcipuum  
utpote sibi a Mandarinio *Zütum* enix-  
commendatum, excusare, totis vir-  
ibus adlaborabat, potioremque culpan  
in alium inferiorem Mandarinum no-  
mine *Páchang* conjiciebat.

### §. XXXVI.

#### *Hujus Inquisitionis successus.*

**Fattinell.** Percepta ac ponderata Mandarinis re-  
**Relat. p. 19.** latione Pro - Rex cuncta accusa-  
**Relat. Ab-** tionum capita legitime comprobata,  
**regé p. 376.** omnesque querelas a Cardinale pro-  
ductas veritati consonas esse declarabat,  
instructisque judicii actis Mandarinum  
*Fuyé* suo munere privandum esse pro-  
nuntiabat: Cardinalis vero in reos le-  
gum severitate agendum comperiens,  
datis literis Pro - Regem enixe pre-  
batur, ne castigarentur, qui in ipsum  
deliquerint: Eapropter etiam Pro-Rex  
ad colorandam vindictæ de reo Manda-  
rino sumendæ dissimulationem specie  
interpositæ hujus depreciationis obtenu-  
ute

utebatur, simulque Gentilium more Sæc. XVIII.  
 iniquissime introducto, Christianorum A. C. 1710.  
 testimonia rejicit, caussatus, plenam  
 eis fidem ob cultus disparitatem adhi-  
 beri non posse: dumque in ceteros ju-  
 dicii acta instruere pararet, intercessit  
 Turnonii Cardinalis mors: qua com-  
 perta fatis superque ad vindicandam  
 justitiam egisse reputabat, si querelarum  
 a Cardinale delatarum veritatem legi-  
 time comprobatam fuisse publico de-  
 creto declararet, quod etiam quarta  
 post Cardinalis obitum die duodecima  
 Junii præststitit, promulgato sequenti  
 decreto:

„Videns ab extero Tolo accusatos  
 „fuisse Sub - Chiliarchum, Sub - Cen-  
 „turionem, Assessorem, & milites ac  
 „satellites, quod pecuniam extorserint,  
 „cibaria rapuerint, emptorem vinculis  
 „strinxerint &c. Ideo, cum rem cer-  
 „tius inquirendam mandavissem, ac-  
 „cepi inquisitionem ab Hianxanæ Ci-  
 „vitatis Chiliarho & a Rectore factam,  
 „qui ordine & sigillatim res mihi re-  
 „nuntiarunt. Dein vero a supremo  
 „Præfecto his verbis edictum fuit, de  
 „pecunia, quam militares Præfecti, &  
 „Assessor extorserunt, certus assigna-  
 „tus est numerus; præcipio tibi Tribu-  
 „no ærarii: ut deleges Cantonis, Nan-  
 „hjunis & Christiano Cen, Trium Ci-

Sæc. XVIII. „vitatum Prætorem, qui Macaone  
A.C. 1710. ipsemet vadat, ad inquirendum a Tolo,  
„qui interrogatus respondebit,  
„quo pecunia tradita fuerit, quo mente  
„& qua die: verumne sit, an falsum  
„& alia hujusmodi. Spero, super  
„mum Præfectum pro sua summa misericordia, singularisque extraneo  
„benigne excipiendi voluntate non per  
„missurum civilibus, & militaribus  
„Præfectis, ut ullam molestiam, au  
„damna inferendi caussam prætendan  
„Huic mandato morem gerens, post  
„quam inquisitionem certo facienda  
„demandavi, jam vero accepta inqu  
„sitione a præfato prætore facta cur  
„testificationibus omnibus, & conside  
„rationibus ab ipsomet factis, quæ cur  
„ad me periata fuerint, ego Tribunus  
„clarissimus singulariter attendens exist  
„mo, quæcunque a Tolo objella sunt in  
„pita, singula testimoniiis comprobari; id  
„que juxta singula capita infligendas esse po  
„nas. Verum quælibet illa testimoni  
„sunt ipsius, Europæorum, & eander  
„religionem profitantium, unius dum  
„taxat partis verba. Præterea non  
„omnino credendum est, his verbis non  
„sunt falsi, aut commentitii subesse. Porro  
„cum Tolo rogaverit, ne severius punia  
„tur; utrum deceat cum ipsis clemen  
„tius agere, & poenas remittere, an  
„non

„non? reverenter expecto, donec su- Sæc. XVIII.  
 „premus Præfectus ea de re statuat, A. C. 1710.  
 „ac decernat. Item supplex rogo Re-  
 „verendissimum Præfectum, ut edicat,  
 „& jubeat Hianxanæ Civitatis Chi-  
 „liarcho, ac Rectori, ut imposterum  
 „civiles, ac militares Præfecti officio  
 „suo fungentes diligentiam adhibeant  
 „in continendis, & coercendis militi-  
 „bus, ac satellitibus, qui stationis vi-  
 „ces permutant, ut leges revereantur,  
 „& servent; ita ut solo custodiendi Tolo  
 „munere fungentes, caveant, ne sicut  
 „antea, negotia facessant, neve ullam  
 „molestiam, aut damna inferendi cau-  
 „sam prætendant. Si iterum commit-  
 „tant, nec resipiscant; si inquisitione  
 „facta, aliquid audiatur: si quæ in ipsos  
 „accusatio confletur, statim in eos  
 „quorum est custodire, per civiles, mi-  
 „litaresque Præfectos, denuntiatio, ac  
 „delatio fiat: milites ac satellites sta-  
 „tim comprehensi poenis afficiantur.  
 „Hoc ita fieri decet.,,

„Generalis duarum Provinciarum  
 „his verbis edicit: quemadmodum exposi-  
 tum fuit, ita fiat. Severe præcipitur iis,  
 „quorum est custodire, civilibus, militari-  
 busque Præfectis, ut milites ac satellites  
 contineant, & coerceant, ut solo custo-  
 diendi munere fungantur. Si deinceps au-  
 deant, quemadmodum antea fecerunt, ne-  
 gotiq

Sæc. XVIII. gotia faceſſere, & molestiam creare, gro-  
A. C. 1710. vioribus proſecto ſuppliciis affientur.

Præterea expedito, donec Pro-Rex hi-  
verbis edicat, ac decernat. Pro-Rex hi-  
verbis edicit: jutxa renuntiationem fa-  
ctam, id ortum eſſe ex nimia in custodiē  
do ſeveritate. Testes omnes ſunt ejusdem  
Religionis viri, vix potest iphis perpera-  
fides adhiberi.

„Quemadmodum expositum fuit  
„ita dijudicatur, ac decernitur. Si  
„etiam ſevere præcipitur Hianxanæ C.  
„vitatis Rectori, ac Chiliarcho, ci-  
„libus, ac militaribus Præfectis,  
„milites ac ſatellites contineant,  
„coerceant, ne iphis liceat negotia fa-  
„ceſſere. Si quid deinceps audiatur  
„certo certius pœnis affientur non le-  
„vibus. Item expeſto, donec Gene-  
„ralis duarum Provinciarum pervenit.

### §. XXXVII.

*Extremus Turnonii morbus, ejusque  
Testamentum.*

Bahr nov.

Sin. not.

pag. 99.

Guarnac.

Vit. Pontif.

pag. 142.

Vit. Card.

t. I. p. 900.

Tot igitur calamitatibus, injuriisque  
pressus, & calumniis quotidie  
impetus Cardinalis acerbissimis  
viscerum doloribus per plures annos  
summa animi constantia toleratis con-  
ſiciebatur, ejusque vires intimo mæ-  
rore frangebantur, moleſtissime ferens,  
quod